

Duci Curlandiae.

Postulat enim a bonis Curiae Novae ad Capitulum Rigense pertinentibus abstinere.

221
Illustris Princeps, Domine Amice sincere nobis Dilecte. Expositum est nobis, Curiam Novam de qua non pridem ita litteras ad Illustritatem Vestram sederamus, antiquitus ad Ecclesiam et Capitulum Rigense pertinere, ademptam autem Capitulo possessionem ejus fuisse recentissimo tempore per Ducem Christophorum Megapolensem, ut is, quam maxime possit, agere faceret, qui ad se a nobis desistere nolissent. Quamobrem si id quoque Illustritati Vestrae perspectum est, bona Curiae hujus Novae ad Capitulum Rigense pertinere, volumus, ut Illustritas Vestra possessionem ipsius liberam cum omnibus, quae ad eam antiquitus pertinerunt, et quemadmodum ab ipso antea possessa fuit, dimittat, et Venerabili Joanni ----- qui eam donatione Capituli consecutus est, concedat atque restituat. Nollemus enim, ut aut Capitulum ipsum sine causa re sua privetur, aut is qui fidem nobis, inclinatis illius provinciae temporibus, integram conservavit, ullo detrimento hoc nomine adficiatur. Quod si Illustritati Vestrae cognitum non est, bona Curiae istius ad Capitulum pertinere, tum possessionem quidem ipsius Illustritas Vestra retineat, et nos de re tota certiones primo quoque tempore faciat.

faciat. Bene valeat Illustentis Vestra. Datum
Pulvae Vigesima octava Augusti.